

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nuclei evangelici pars festivalis

Trautmann, Samuel

Wittebergae, 1664

Decimum oraculum sacrum

[urn:nbn:de:bsz:31-160375](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160375)

quod cordibus credunt, muneribus protestantur: Thus Pontifici, Myrrham homini, aurum offerunt DEO, *Leo. Papa serm. de Appar.*

Gleich wie die Weisen sich zu dir/ **HEU**
Christe! lehren/
Und dich als **GOTT** und Mensch anbeten
und verehren:

So will ich dich als **GOTT** und Mensch
auch beten an/

Dem du/ als **GOTT** und Mensch/ für
mich hast gung gethan.

Ex eodem versu.

*Tesaurus aperit cordisq; orisq; manusq;
operisq;*

Os laudet: credat cor: manus exhibeat.

DECIMUM ORACULUM SACRUM.

Rom. X. 9. & 10.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

Εὐὐ ὁμολογῆσῃς ἐν τῷ σώματι σε κύριον
Ἰησοῦν καὶ πιστεύσῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σε, ὅτι ὁ θεὸς
αὐτοῦ ἦγενεν ἐκ νεκρῶν στήσῃ. Καρδία δὲ πι-
στῆνται εἰς δικαιοσύνην, σώμα δὲ ὁμολογεῖται εἰς
σωτηρία.

Gj

Versio.

Versio Vulgata.

Si confitearis in ore tuo Dominum
Iesum, & in corde tuo credideris, quod
Deus illum suscitavit a mortuis, saluus
eris. Corde enim creditur ad iustitiam,
ore autem confessio fit ad salutem.

Versio B. LUTHERI.

So du mit deinem Munde beken-
nest Iesum/ daß er der Herr sey/ und
glaubest in deinem Herren/ daß ihu
Gott von den Todten aufferwecket
hat/ so wirst du selig. Denn so man
von Herzen glaubet/ so wird man ge-
recht/ und so man mit dem Munde be-
kennt/ so wird man selig.

N O T E.

1. Apostolus h. l. externam fidei confes-
sionem requirit. E. eorum, quæ de Deo credun-
tur, confessio semper est edenda coram ho-
minibus, contra Priscillianistas, qui quum inter
ea, quæ hæresis ipsorum proponebat credenda,
quædam turpia haberent, fidem suam coram aliis
occultandam esse rati sunt, utentes inter alia his
verbis: Jura, perjura, secretum prodere noli, ut
est apud Aug. de hæres. ad quod vult cap. 70.

1107

80

Qven

Quem errorem notavi part. 1. in enucleatione
dicti Matth. X. 32. 33.

2. Corde creditur ad iustitiam. E. in rebus
divinis non opinio, sed FIDES requiritur, *con-*
tra Erasmus & Photianos, qui de Deo opinantur
potius quam credunt. Quorum callem heic
premit nova secta Remonstrantica, quæ loco
fidei SS. Trinitatem, unum Deum Patrem,
Filium & Sp. Sanctum inq; Mediatorem *Itav-*
Scorum introducit meram opinionem, ac si ve
credatur Trinunus Deus Christusq; *Itav-*
Scorum, si ve negetur ac reprobetur, nihil fidei
substantiæ derogari ac decedere statuit. Vide
Apol. Remonst. f. 53. M. Simon Episcopus,
qui præcipuus hujus sectæ antesignanus habetur,
lib. IV. Instit. Theol. f. 2. c. XXXV. existimat,
atenam Filii DEi generationem CREDITU
NECESSARIAM NON ESSE, tum quia nuspiam
in Scriptura hac adferatur, nec per bonam con
sequentiam exinde eliciatur, tum quia honor
DEi Christi debetur, i. e. fides & obedientia sacra re
corat Et constare possit absq; eo, quò cognoscatur isto
quam peculiari modo genus esse, tum quod in primitiva
Ecclesia per via secula fides & professio specialis
hujusmodi sibi rationis ad salutem scitu & creditu
necessaria iuracata non fuerit.

3. Si non solum ore confitendum, quòd
JESUS SIT DOMINUS, h. e. verus & æternus
G 4 Deus

DEus cum Patre & Spiritu sancto (hoc enim innuit vox *trinitas* quæ LXX. Interpr. in V. & Apostoli in N. T. proprium DEi nomen exprimere solent) sed etiam firmiter credendum, quod DEus cum suscitavit à mortuis. Utiq; non tantum articulus de æterna Filii DEi generatione creditu erit necessarius, contra modo nominatos adversarios, sed etiam articulus de Christi resurrectione, quæ ejus passionem, & mortem præsupponit. Si enim Christus verus & æternus Deus, utiq; impossibile fuit ipsum à morte teneri, Act. II. 24. contra Judæos, Paganos, Cerinthum, Manicheos & Epicureos, Christi à mortuis resurrectionem negantes.

4. Apostolus heic non dicit confessionem esse necessariam ad salutem consequendam, sed ore fieri confessionem ad salutem. Aliud autem est fieri: aliud est necessarium esse ad salutem. Deinde notandus est Ebraismus. Nam phrasi Ebræa ponitur Accusativus cum præpositione Ad pro Genitivo. Confessio igitur ad salutem heic idem est ac Confessio SALLUSTIS, quo sensu ista parricula ad præcedentem (corde creditur ad justitiam) perlineret, tanquam descriptio fidei ab effectis. Fides enim cordis, per quam justitia ac salus adquiritur, exferit se per confessionem salvis & justitia.

Unde

Unde Apologia A. C. hunc locum ita eleganter
 enucleat: Paulus sic loquitur, ut ostendat, quomodo
 fides consequatur vitam eternam, nempe firma
 & efficax fides. Non est autem firma fides, quae
 non ostendit se in confessione. Præterea heic
 Apostolus ex professo disputat contra iustitiam
 legis sive operum, asserens unicè ac infirmam
 iustitiam fidei, ex Evangelio. Ecquid mirum
 si patet, ut confessioni, ut operi meritorio, salu-
 tem adscriberet? Opponenda hæc sunt Pon-
 tificis, qui de loco presenti necessitatem bonorum
 operum ratione, medii, & quidem in ordine ad
 salutem, *ALUTEM* stabilire conantur. Hinc Bellarmi-
 nus lib. 4. de Iustif. cap. 7. Tom 4. contro-
 versia scribit: Videmus b. l. non sufficere fidem ad
 salutem, quæ vera & integra in corde esse non po-
 test, nisi accesserit etiam externa confessio. Vi-
 deatur & Gerardus Mathisius in Comment.
 super Epist. ad Rom. p. 513. edit. Colon. Anno
 1662.

5. Particula *etiam* b. l. non est conditionalis,
 sed iustitiam Evangelii includant ope-
 rum nostrorum merita, sed docet, nos non ju-
 stificari absoluta DEi gratiâ, sed in Christo no-
 bis facta, per ministerium verbi oblata, & vera
 de apprehensa, contra eosdem.

6. Ore confiteri Dominum IESUM est
 unum quodammodo edere confessionem de
 Christi

G 5

Chri-

Christo ejusq; Evangelio. Quando enim organa, per quæ actio quædam producitur, unâ exprimentur, tunc non est inanis tautologia, vel pleonasmus, sed indicatur vel studiosa & sedula alicujus rei consideratio, vel libertas ac *per se ipso* in agendo, exempla hujus rei vide in Comment. eruditissimo sup. Epist. ad Rom. Theologi incomparabilis Dn. D. Welleri

P: 503.

7. Quamvis heic Apostolus resurrectioni Christi tribuat, quod per eam salvemur, tamen ejus nativitatem, passionem & mortem non excludit sed includit, ideo autem resurrectio nominatur, quia illa est indubium testimonium, ex quo colligitur, Christum mortem superasse, infernum destruxisse Diabolû devicisse & nos verè redemisse, contra Socinianos, qui, quando nos probamus satisfactionem pro peccatis ex morte Christi, nobis opponunt locum præsentem, ubi resuscitationis cum primis adscribitur, quod per eam salvemur, in qua nos tamen *Autgov* non ponimus.

8. In sacris literis resuscitatio Christi è mortuis & Patri tribuitur & filio. Patri h. l. Act. II. 34. III. 15. V. 30. Rom. IV. 25. Eph. I. 20. Filio adscribitur Joh. II. 19. X. 18. Rom. I. 4. Fit autem hoc propter summam illam essentia unitatem. Quæcunq; enim Pater facit, eadem & Filius similiter facit Joh. V. 19. *contra eosdem & cum*

prima

*primia Smalcium, qvi Resp. ad Smigletii nova
monstra p. 106. è loco presenti probare conatur,
Christum propria virtute non resurrexisse. Sed
hic error infra pluribus perstringetur in enu-
ciatione oraculi XXVI. quò lectorem breuita-
tis studio remitto.*

9. Apostolus h. i. fidei subjectum constituit
cor, quando ait: *CORDE* creditur ad iustiti-
am. Cor autem secundum phrasin Scripturæ
mentem & voluntatem simul complectitur. E-
fides simul esse potest in mente & in voluntate,
*contra Pontificios, existimantes fidem ad intelle-
ctum pertinere, non ad voluntatem.* Hinc ita
argumentantur: Una virtus non potest esse
simul in duabus potentiis genere distinctis, ac
proinde fides non potest simul esse in mente ac
voluntate. Vid. Bellarm. l. i. de Justif. cap. 10.

10. Colophonis loco addo elegantem hujus
sacri oraculi explanationem, quam tradidit cele-
berimus & orthodoxias laude dignissimus
Theologus Dn. D. Wigandus in Refut. argum.
Majorist. ita disserens: *Paulus Rom. X. corde
creditur ad iusticiam, ore fit confessio salutis, suo
more causam & effectum salutis brevi dicto simul
complecti voluit.* Estq; sensus: *Fide apprehendi-
tur quidem salus, sed ore manifestatur & sonat
confessio salutis.* Nulla enim confessio fidem
que salutem præcurrere potest, quin potius

eam subsequitur. Vult enim DEUS extare testimonia doctrinae, lucem in piis accensam fulgere, & novam creaturam operibus vitae esse conspicuam. Sed opera salutem sequentia, non ad salutem sunt necessaria, quia ex salute jam accepta, velut ex fonte scaturiunt, de quibus ea verum & certum testimonium praebent. Haec ille. Sed nunc quoque sunt audiendi.

PATRES ORTHODOXI.

Ne dicant Christiani, si necessitas persecutionis advenit, coram hominibus ore denegabo, in corde autem veritatem tenebo. Ideo non dicit Christus, qui me confessus fuerit *in corde*, sed *coram hominibus*. Qui enim coram hominibus non confitetur, non prodedit, quod corde in Christum credit, quia qui ore denegat, non potest fieri, ut in corde credat. Radix confessionis fides est cordis, *confessio autem fructus fidei*. Sicut ergo quamdiu radix est viva, necesse est ramos producat aut folia, si non produxerit, sine dubio intelligis, quod radix ejus in terra siccata est: Sic quamdiu cordis fides integra est, semper progerminat confessionem in ore &c. Si tibi sufficeret confessio cordis, cor tantum DEUS tibi creasset, nunc autem & os creavit. *Chrysost. hom. 25. in Matth. X. v. 32. T. 3. p. 603. A.*

Proditor est veritatis, qui aut non libere
pro-

us expronciat, aut non sufficienter eam defendit,
 cenā Idem hom. 35. in Matth.

Qua est ista simplicitas, nescire quod cre-
 das, Hieronymus contra Luciferianos.

Veritas & credenda est & loquenda, Pro-
 ea res per sentent. 185.

UNDECIMUM ORACULUM

SACRUM.

Ebr. XIII. 15. 16.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

Δια χριστῶ ἀναφέρωμεν θυσίαν αἰνήσεως
 ἁγίας καὶ πνευματικῆς τοῦ θεοῦ, ὡς καρπὸν χειλέων ἡμῶν
 ὡς λογισμὸν ἡμῶν ὡς ἔκστασις ἡμῶν. Τῆς ἰσχυρίας καὶ
 ἡμετέρας ἀπολαύσεως καὶ ἡμετέρας ἀπολαύσεως. Τοιαύταις γὰρ θυ-
 σίαις εὐαριστεῖ ὁ θεός.

Versio vulgata.

Per Christum offeramus hostiam
 laudis semper DEO, id est, fructum labio-
 rum confitentium nomini ejus. Bene-
 ficentiae autem & communionis nolite
 oblivisci. Talibus enim hostiis delecta-
 tur DEUS.

Versio B. LUTHERI.

So laffet uns nun opffern durch
 Chris